



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. De prohibitionē facta religiosa mendicantibus, ut non possint nova loca acquirere ad habitandum, nec antiqua alienare, vel mutare?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. V.

De prohibitione facta religiosis mendicantibus, ut non possint nova loca acquirere ad habiandum, nec antiqua alienare, vel mutare?

DE hoc constat ex cap. cum ex eo uni. h. t. in 6. ubi ea, quæ in §. 1. tituli enumerata sunt, illis prohibentur: ad plura scilicet, quæ ex contrariis factis sæpius eveniebant, scandala evitanda: illis tamen, qui eremiticam sive solita-

riam vitam duxerint, cum superiorum suorum licentia conceditur, ut nova habitacula & cellas sibi acquirere, & mutare talia loca possint, sine alia licentia, cum tantum scandali periculum in his casibus non sit: neque tamen hæc prohibentur illis, qui specialia privilegia à Summo Pontifice habent, ad hæc talia agenda (vel saltem sufficit illis Episcoporum licentia) prout etiam hæc prohibitionem non impediuntur à suis Monasteriis in eodem loco reedificandis, reficiendis &c.

TITVLVS XXXII.

DE NOVI OPERIS NUNTIATIONE.

§. I.

De novi operis nuntiatione, ejusque materia, forma, & aliis casibus ac circumstantiis.

Nuntiare novum opus, aliud non est, quam illi, qui de novo in alterius præjudicium ædificat, prohibere, ne opus novum fiat, vel ne in eo ccepto pergatur, donec de jure ædificationis constet. Locum autem habet hæc novi operis nuntiatione in rebus solo adherentibus, & immobilibus, quæ terræ scilicet conjuncta, vel conjungenda sunt, & ideo fiunt, ut in eodem solo permaneant, ac in illis casibus, in quibus de novo ædificatur aliquid (quamvis sit Ecclesia, cap. intellectus I. h. t.) vel pristina facies operis

immutatur; neque enim ad opera præterita & jam facta, hæc novi operis nuntiatione extenditur, cum in isto casu alij interdicto locum esse sciant Civilistæ.

Potest autem novum opus nuntiare non tantum ille, qui dominus est rei, cui damnum imminet, sed ille etiam, qui utile dominium talis rei tantum habet, qui superficiarius, vel hypothecarius est rei, cui damnum imminet, vel qui servitutem realem habet in fundo, in quo de novo ædificatur, prout pluribus plura alia videre est apud Civilistas; juxta quos, quolibet die etiam festivo fieri potest hæc novi operis nuntiatione, ibi faciendae, ubi sit opus, saltem illis, qui operi ibi insistant, quamvis absint illi, quorum nomine sit novum opus, vel verbis expressis inhibendo, ne id opus fiat; vel per lapill